

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio Theologica Solennis De Termino Salutis
Humanae Peremptorio**

**Neumann, Johann Georg
Green, Georg Sigismund**

Vitembergae, 1700

§. XVI

urn:nbn:de:bsz:31-105555

ultimam mortis horam prorogari. Jam vero ex allegatis exemplis evictum est prius ergo & consequitur posterius.

§. XVI.

Quibus in hunc modum consecutis, illud VI. sedulo monendum, ne quis hac assertione nostra quoddam securitatis asylum adornari putet, ad quod se recipient contumaces, ubi ad agendum pœnitentiam impelluntur. Nam 1.) *Duxivit et invenerat non minus legis severitatē, quam Evangelii dulcedinem,* exposcit: ne mentibus securis per omissionem officii Legalis frigida suffundatur: pavidis autem, vel dubitationis vel desperationis somenta suppeditantur. 2.) Dilationem pœnitentiæ, nemo bonus non detestatur, quippe quod Deus hominem privare usus rationis, ex vivis eripere, & innumeris casibus *tō Hodie Pj. 95, 6.* finire, adeoque in praesentissimum animæ periculum conjicere potest: *Quis vobis monstravit, fugere a ventura ira?* jam enim securis ad radicem arboris posita est; facite ergo fructum dignum pœnitentia. *Mattb. 3, 7.* 3.) denique multos esse impœnitentes, qui subinde deteriores fiant, & ad finem usque vitæ sub ira Dei maneant; iterum a nobis minime negatur: sed an his ad pœnitentiam, sic intercerpta sit via, ut per decretum judiciale Deus nolit ipsis conversionis gratiam restituere, id in praesenti disceptatur. Quæstio itaque, ut rem paucis complectar, hoc reddit: *An peccatori, dum vivit, ad Salutem pateat, per pœnitentiam aditus; vel potius termino quodam peremptorio longe ant: obitum binc excludatur?* Affirmamus quæsิตum prius; posterius vero, ut heterodoxum ac damnabile repudiamus.

SECTIO II.

§. I.

Explicatis iis, quæ ad statum controversia pertinebant, de iis